

## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Exemplum diplomatis (de S. Homobono canonizato) Innocentij Tertij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

Contracta Amissi viri delata, precibus adhibitis, subito conualuit: & cum ingentiaudio, clara  
fanatur. Deo voce gratias agens, suis pedibus domum est reuersa.

Cap. 13. Nec tamen defuit, qui sancti viri famam eleuare & carpere auderet: Sed ita fama  
Divinitus ac temere obloquenti, lingua intumuit, ut nulla iam ratione loqui posset, & iam de  
punitur, ma vita eius ageretur: Verum pénitentia interiorē ductus, intercessione Homoboni  
lē loquens Pristinam in columitatem recuperavit. Multi præterea immundis spiritibus opprelli  
de sancto ac pessimè habiti, eiusdem meritis liberati sunt. Inter quos fuit virgo quedam Berga  
viro. más, qua cùm diu ante obitum viri Dei ab immundo spiritu vexata miserissime fuiller,  
nec vallis inquam exorcismis poruisset expelli, quod diceret, se nunquam inde difec-  
sarium, donēc ab Homobono Cremonensi ejaceretur, delata ad diu Homobonis  
Dæmoniaci pulcrum à parentibus, qui ad id tempus se à malo spiritu deludi existimauerant, fugi-  
multi curan- tur.

Cap. 16. His & infinitis huiuscmodi miraculis commotus Sicardus Episcopus Cremonen-  
sis, & primores vrbis, decernunt ad Pont. Max. legationem, cuius Episcopus ipse pri-  
ceps constitutur, vt vir Dei tor miraculis decoratus, numero sanctorum adscriber-  
tur. Quod Innocentius III. qui anteā de hoc per quietem at Deo admonitus fuerat  
Adscriptus libenterissime concessit, ac cognitis prius Homoboni miraculis, vitaque sanguinosa  
S. Homobo- in catalogum sanctorum maxima cum celebritate & religione retulit, anno sui Pon-  
nus sancto- tificatiū primo, salutis autem humanae nonagesimoctavo supra. vnde ceterū  
rum caralo- Calendas Ianuarias. Cuius rei diplomata, quae in interiorē templi matri-  
go. Sacratio Cremona seruantur, certissimam faciunt fidem, quorum exemplum huc  
historiae adscribetur.

Cap. 17. Anno autem millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, cùm apertum esset  
sancti Homoboni sepulcrum, praesente Episcopo & Prætore, multaque clementissimus Deus ipso illo tempore edidisset miracula: ea res, eademque dies auspiciatissimus illius inter nobilissimos viros Consortio fecit initium: qui tanquam beneficium Homoboni hæredes facti, sic sive vrbis pauperes mira benignitate & prudentia hanc diem colere perseverant. Proximo deinde anno, qui fuit millesimus trecentesimus quinquagesimus septimus, septimo Calend. Iulij, à Canonicis ac ceteris Cath-  
corpus eius. dralibus ecclesiæ clericis translatum fuit virtus sancti corpus in eam maioris templi sub-  
terraneam partem, vbi in marmoreo tumulo compositum quiescit, præterpace quædam ossa, in priore sepulcro relicta, & prætore caput, quod tabernaculo conditum, in ipsius maioris templi sacrario custoditur.

Cap. 18. Quamplurimi etiam postea hic beatus confessor claruit miraculis: vt cum patr-  
sua multis se & euidentissimis periculis auxilio eius creptam fuisse, manifesto cognovit, hunc iure optimo inuocet, colat, veneretur, patrocinioque eius se & nunc esse & posthac fore tutam, maximè confidat.

## EXEMPLVM DIPLOMATIS INNO- CENTII TERTII.

**I**nnocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis, vniuerso  
Clero & populo Cremonen. salutē & Apostoli cæ beneficiōne.  
1. Tim. 4. Quia pietas promissionē habet vitę, quę nūc est, & future iustitiam  
Matt. 13. misericors Dominus fideles suos, quos prædestinavit ad vitam, fit  
Psal. 67. querēter in hac vita glorificat, & semper in futuro coronat: quibus  
Eccl. 36. per prophetā promittitur: Dabo vos in laudem, gloriam, & hono-  
rem in cunctis populis, & per se pollicetur: Fulgebunt infuli scutis  
in regno patris eorū: mirabilis enim in seipso Dominus, mirabilis in sanctis, mirabilis  
in cunctis operibus suis: verum nobis exhibet suę virtutis indicitū, & frigescere iam  
pluribus charitatis igniculum, mirabilis suorum signis accendit: assump̄tis his in glo-  
riam suam, qui certauerunt legitimè in hoc mundo: ad memorias eorum innover-  
gna: & mirabilia, iuxta prophetam, immutat: vt qui sanctus est apud ipsum, sanctus  
etiam ab hominibus habeatur: & in hoc presertim hereticorū confundatur penes-  
sitas, cùm ad catholicorū tumulos diuinae viderint prodigia pullulare. Licet autem  
iuxta testimonium veritatis, sola finalis perseverantia exigatur ad sanctitatem animæ in  
Ecclesia triumphant, quoniam qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit: dum  
tamen, virtus videlicet morum, & virtus signorum, opera scilicet pietatis in vita

& miraculorum signa post mortem, ut quis reputetur sanctus in militanti Ecclesia, requiruntur: nam, quia frequenter angelus Sathanæ se in lucis angelum transfigurat, & quidam faciunt opera sua bona, vt videantur ab hominibus, quidam etiam coruscant miraculis, quorum tamen vita merito reprobatur, sicut de Magis legitur Pha-  
raonis, & etiam Antichristo, qui electos etiam, si fieri potest, inducet suis miraculis in Exod. 7. & 8.  
errorem: ob id nec opera sufficiunt sola, nec signa: sed cum illis praecedentibus ista  
succedunt, verum nobis præbent in dictum sanctitatis, nec immerito nos ad illius ve-  
nerationem inducunt, quem Dominus suis ostendit miraculis venerandum. Hæc  
autem duo ex verbis Euangelista plenius colliguntur, vbi de Apostolis loquens, ait:  
Illi autem profecti, prædicauerunt ubique, Domino cooperante, & sermonem con-  
firmante sequentibus signis: in eo nanque, quod ait, cooperante, eos operatos esse  
demonstrans: & in eo quod sequitur, sequentibus signis, eos exponens, immo Do-  
minum in eis miraculis claruisse: hoc etiam Dominus usq; hodie operatur in sanctis, Ut Domini  
& potentiam suam evidenter manifestat: dum viuorum curat agititudines ollim per se,  
ad memorias mortuorum: & eos plus posse post mortem, & feliciter vivere mortu- ita nunc per  
os, quin Domino moriuntur, quam qui viuent in mundo, demonstrat. Sanè veniens sanctos hos  
ad præsentiam nostram Venerabilis frater noster Sicardus Episcopus vester, multis  
viris religiosis & alijs honestis personis de sua Diœcesi comitatus, cuiusdam beati viri,  
& re & nomine Homoboni, vitam & actus, necnon & modum transitus eius humili-  
ter nobis aperuit: in quibus & sanctæ ipsius degustauimus conuersationis odorem,  
Deumque mirabilem & omnia opera eius in fide cognovimus, & prædicauimus glo-  
riosa. Idem etenim sanctus, tanquam lignum, quod plantatum est secus decursum Psal.  
aquarem, quod fructum suum dat in tempore suo, prout eorundem nobis assertio,  
facta tam via voce, quam aliorum plurium honestorum literis, patefecit: adeò in  
lege Domini meditabatur die ac nocte, vt ei seruens in timore, & secundū Prophe- Psal. 18.  
tam, media nocte surgens ad confitendum ei, matutinis semper laudibus interes-  
set. Missæ quoquè officium & alias Horas cum summa devotione frequentans, ita  
aliud orationibus insisterebat, vt in certis horis aut incessanter oraret, aut horas Ecce quo-  
modò san-  
ctæ officium  
& ceteras  
horas fre-  
quentavit,  
qua omnia  
nostræ he-  
cici detestat-  
ur.  
ipias aliquando præueniret, nisi forte ipsum sollicitudo, quam super pace reforman-  
da per civitatem tanquam pacificus vir gerebat, aut occasio eleemosynæ pro pau-  
peribus acquirende, seu alia iusta causa in alijs operibus misericordia detineret: qui  
nimur ante Crucem Dominicam ex afflictu se prosternens, opus quodlibet  
faciendo, stando, sedendo, jacendo, ad orationem labia mouere continuè videbatur.  
Inter alia vero pietatis opera, quam tam circa pauperes, quos secum in propria domo  
tenebat, curabat & pariter procurabat, quam circa alios indigentes, quibus viuenti-  
bus humanitas obsequium, & mortuis sepulture beneficium confueverat deuotus  
impendere, diligenter exercebat: ipse à secularium hominum consortio segregatus,  
inter quos virebat, quasi lilium inter spinas: hereticorum, quorum pernices  
nimium partes illas infecit, austerus extitit aspernator. Deduco autem sic vitæ sanctæ  
curriculo, cum ad matutinale officium, prout dictum est, in festiuitate sancti Brictij  
surrexisset, circa Missæ primordia idem se ante Crucem Dominicam more solito in  
oratione prosternens, dum cantaret hymnus angelicus, beato fine queuit. Quæ  
vero, quot, & quanta miracula fuerint subsequita, & quot aduenientibus ad sepul-  
crum eius, sanitatis beneficia sint impena, cum longum sit numerare per singula,  
vnum inter cetera ad assertiōnem Catholice fidei duximus expressius annotandum.  
Cum enim quadam dæmoniacâ mulier ad sepulcrum eius deducta fuisset, nè aliqua  
fraus lateret, eadem primò fuit aqua non benedicta respersa, qua se patienter adspicer- Nota hic  
gi permittens, aqua secundò respuit benedictam: & vt res evidentiori experimento  
patet, oblatam non consecratam absque aliqua præscientia sibi recipiens, præsen- cidentem  
tarum Eucharistiam consecratam subsequenter abhorruit, nec recepit: quæ & meri- vim aquæ  
tis eiusdem sancti liberata recessit. Vt autem virtus morum, prout est superius præ- benedictæ.  
libatum, licet omnis dubitatio amoueri ex subsequitione signorum per diuinum  
iudicium videretur, fide apud nos claresceret pleniori, nè miraculorum etiam vir-  
tus aliqua fraude posset vel figmento inuari, veritatem rei sollicitus duximus inqui-  
rendam. Fidem nanque, quam super conuersationem ipsius, absque figmento  
hypocrisii fraudulentio, diuinum iudicium, vt dictum est, manifestè ostendere videba-  
tur: per testimonium dilecti filij Oberti presbyteri sancti Aegidij Cremonensis praes-  
santis, cum Episcopo memorato, recepto ab eo firmauimus iuramento: sub cuius

URIIUS

OPUS  
MATERI

RVIII

5

obtestatione, videlicet iuramenti, ipse, qui patrinus eius existens, per viginti annos amplius confessionem eius s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> receperat, quae de illius sancti conuerlatione premisimus, cum ipso Episcopo & alijs supradictis iuratis similiter asservuit, esse vera, & obedientia, quam in orationibus, vigilij, & alijs poenitentie fructibus, in qua sibi ab eo imposita erat, plus iniuncto satisfaciens, exhibebat, nos redditum certiores: ea etiam quae de miraculis ipsis fuerant nobis exposita, per iuramentum omniū prædictorum qui propter hoc venerant, fide suscepimus, pleniori assertione ipsius Episcopi sub primo verbo sacerdotis requisito in virtute obedientia concurrente, vt sic diuinum humanum fecuti iudicium, cum maiori procedere securitate possemus. Cū igitur h<sup>e</sup>c omnia tam de virtute morum, quam virtute signorum, ad fauorem petitionis pro qua Episcopus memoratus, & alij supradicti ex parte vefra vechemeter instabant concurrere videremus: de fratrū nostrorū consilio, post multam deliberatione, habitam cum eisdē & Archiepiscopis, quos super hoc ad consiliū nostrorum admisimus: de diuina misericordia, & eiusdem sancti meritis confidentes: ipsum sanctorum S. Homo- bonus fan- etorum Ca- talogo.

Ascribitur Catalogo duximus asserendum, statuentes, vt in die depositionis ipsius, cuius festivitas deuotè à vobis & alijs Christifidelibus annis singulis decāterō celebretur. Indē est, quod vniuersitatē vestram rogamus in Domino & monemus, per Apo- lica scripta præcipiendo mandantes, quatenus eiusdem sancti memoriam, prouidētum est, cum celebritate debita venerantes, eius apud Deum suffragia humiliter ploretis, per cuius merita ad gaudia eterna pertingere valeatis. Dat. Lateran. Kalend. Ianuar. Pontificatus nostri Anno primo.

VITA SANCTÆ ALDEGVNDIS ABBATISSÆ  
PRIMAE MALBODIENSIS, AVTHORE, VT EQVI-  
dem sentio, Huchaldo Elnonenſi, qui obiit Anno 930.

AVTHORIS EPISTOLA DEDICATORIA.

**N**on immemor vestri, non ingratus tam admirabilibus erga mea stræ sedulitatis officijs, p<sup>ar</sup>ui voluntati vestrae. Si tardius, quam voluntatis, si minùs apte, quam oportuit, nō animo meo, quasi non curanti, sed rei difficultati potius adscribatis. Cruda massa non faciliter modico potest igne purgari. Si quis in concinnam subfusauerit orationem, vobis imputate. Mālū certe derideri à quibusdam quam vobis non parere. Si cui tamen ideo displicero, quod purcos late splendentes non solum non assuērim, sed etiam démerim pannos, sc̄me noluisse more puellarum aptare puppas absque lineamentis membrorum, au inanimatas in parietibus effigies colorare: sed foemine solidum pectus, immō virile animum, virtutibus plenum, tanquam lucernam diuinitū accensam, cunctis ad imitandum simpliciter monstrare. Si placet transcribere, diligenter (obfecro) distinctiones Capitulorum conseruate. Præfationem verò, qua quidem generaliter agit de sanctorum omnium gestis, & ad eos imitandum exhortari cunctos intendit, & ignorantiam præcipue negligientiam, arguens, nec de ignorantia quenquam excusari possit demonstrans, operante Dominum in sanctis amandum & glorificandum ostendit. Sicut est præfixa, Capitulus anteponere curate. Quod si vobis non placuerit, aut doctribus, ad quorum audientiam fortè retuleritis: moriatur inter manus vestras os & inepta membrana, aut deleatur, aut igni tradatur. Quodcunque accidente rogo per amicitiam, nē nostrum nomen in hoc opere sentiatur.

PROLOGVS. EIVSDFM.

**N**iceratio diuine bonitatis, humanę saluti multipliciter omni tempore cōsuluit, & post hominis lapsum tam per dicta quam per exempla iustorū, errantes ad viam veritatis reduxit, & ante legē, & sub legē, & sub gratia formam virtutis imitandam, rudibus in vitroque seu misericorditer exhibuit. Plena est vtriusque testamenti scriptura tanquam cælum resplendens, non solum magnis virtutibus & luminaribus, sole videlicet ac luna, sed etiam minoribus stellaris,